



9





EBEKCEIISI
LADIOSIS

nulla neant esse Oratores boni, quod *M. Tullius* observavit, sed etiam
trarias re præstantem utrumque. Sed DEUM immortalem! quàm
inter se vehemens ac violentus flectit; hic lenis atque jucundus ob
jacet D declamatio. Quis obsecro imitator amborum? Quis virtuti
rias ut dissentientium opinatio. Cæterum unus ille, qui ad imi
nenduntia DEI genitus fuit, ut in eo totas vires Eloquentia exper
ea cuncta invenit acutissime; inventa disposuit prudentissime; disposita
ornatissime avitatem usurpavit in movendo; in delectando & conciliando
suavitati sui floruerunt oratores antecelluit. Quòd si hoc paullo att
remus, em, quàm si ad unius *M. Ciceronis* divinam illam & admir
ratione entiam nostram conferamus. In quo studio & stadio si quis erit
versatus, operam impendisset. Cùm igitur hæc ita sese habeant,
cogimus in melius quàm ex Cicerone hauriendam esse: eoq; non imme
præ cæteris

ACIUSIUS I N CICERO

IX
... ..



ELOQVENTIÆ STUDIO SIS

IN ACADEMIA VVITTEBERGENSI

S. P.



D Eloquentiam parandam non minorem *Imitationis*, quam vel naturæ, vel artis, vel

scientiæ vim atque utilitatem esse facile is dixerit, qui res propemodum omnes naturam imitari magistram, artes & scientias humani sagacitate ingenij solerter excogitatas magnâ ex parte & adquiri & confirmari a imitatione atque exemplo animadvertit: commoda etiam multa & varia consideraverit, quæ ex optimorum auctorum imitatione redundare solent. Sed utrum unius an plurium institui debeat imitatio, diversa & contrariæ inter doctos reperiuntur opiniones. Alij enim unum aliquem dumtaxat imitandum, & in ejus virtutibus exprimendis, omnem ingenij ac judicij aciem contendendam putant. Alij verò aliam imitationem. Verùm si quid hæc in re judicare aut possum aut debeo, priori sententiæ tamquam veriori, & rectius sentientium calculo adprobata meum suffragium adhi mentem & cogitationes, frangi studium, debilitari industriam, inconcinnam deniq; & dissimilem fieri orationem necessum est. Quemadmodum enim sagittarius in plures simul scopos intendens, longissimè aberrat ab omnibus, & nunquam collineat: sic Oratoriæ Studiosus, qui sibi plures ideas imitandas proposuit,

nullam profectò, difficultate rei conatus eludente, exprimit atq; effingit. Præsertim cum non dissimiles tantum soleant esse Oratores boni, quod *M. Tullius* observavit, sed etiam virtutes contrarias prorsus habeant atque pugnantes. Si quis modò conferat Demosthenem & Isocratem, suo quidem in genere præstantem utrumque. Sed DEUM immortalem! quam sunt dissimiles inter se, quam diversi, quam repugnantes. Alter ut torrens incitatus rapitur; alter ut amnis placidus labitur: ille vehemens ac violentus flectit; hic lenis atque jucundus oblectat: fulminarias utriusque in uno ingenio confociet? Hoc cum ita sit, nullum planè dubium existit, quin concidat & corruat dissentientium opinatio. Quis obsecro imitator amborum? Quis virtutes adeò contranendus, omnium saniorum judiciorum inter Latinos *Cicero* est. Hic enim, teste *Quintiliano*, dono quodam providentiæ DEI genitus fuit, ut in eo totas vires Eloquentia experiretur. In hoc ornate, copiosissime, gravissime. Hic est, qui summam in docendo adhibuit subtilitatem: vehementiam & gravitatem usurpavit in movendo: in delectando & conciliando singularem suavitatis rationem habuit. Hic est, qui accuratâ quadam orationis ubertate, & aureo dicendi flumine omnes, qui floruerunt oratores antecelluit. Quòd si hoc paullo attentius considerationem, quoad ejus per ingenij imbecillitatem fieri possit, exprimendam, sepositis reliquis, curam atque diligentiam nostram conferamus. In quo studio & stadio si quis erit diu multumq; versatus, nã ille ad perfectam Eloquentiæ speciem longè facilius pertinet, quam si in aliorum scriptis evolvens operam impendisset. Cum igitur hæc ita sese habeant, omninò fateri præ cæteris commendatur, & publicè in Academiis purioris & elegantioris litteraturæ cultoribus ipsius proponuntur scripta, quorum ductum ceu Ariadnæum filum sequantur, atque hoc modo præclaram illam loquendi & eloquendi facultatem sibi comparent. Hujus Tullianæ Eloquentiæ Professionem cum Serenissimus atq; Potentissimus Elector Saxon. Dominus noster Cleut Spartam hanc, quæ divinitus mihi obtigit, præ virium portiunculâ ornarem, & studiosæ juventuti incorruptam Latij sermonis integritatem traderem, nec non eloquentiæ studium diligenter proponerem, ejusdemq; usum maximum atque amplissimum fideliter monstrarem. Etsi autem me non fugiat, quam laboriosam susceperim provinciam: quam tenuis è contrario & curta sit ingenij suppellex: attamen cum perfectio non cadat in hominem, nec Natura quidquam omni ex parte beatum atq; perfectum expoliverit, nefas esse putavi dispositioni DEI, Magistratus auctoritati, Patrum Academicorum voluntati refragari. Caterùm sæpè ac diu mecum cogitans, & in lato ac lato *Ciceroniana Eloquentia* campo circumspiciens, à quam materia vel oratione lectiones meas auspicerer, succinctam atque venustam illam Orationem, quam *Cicero* habuit pro M. Marcello, delegi, eamq; publicè explicare & resolvere constitui. Ut autem Academicæ consuetudini satisfiat, erastinâ luce, SANCTA TRIADE adspirante, horâ IX. præmittam Orationem in *argumta* majore habendam. In cujus auscultatione ut Dominici Auditores suam mihi præstent benevolentiam atque humanitatem, obnixè & peramanter rogo. Insequenti verò die Martis, quod Deus felix & faustum esse jubeat, horâ IV. pomeridiana lectionum mearum telam exordiar. P. P. prid. Kalend. Jun. Anno æræ Christianæ 1610. C. XIIX.

Ioannes Avenarius, I. U. Licent.

& Oratoriæ Prof. P.



ULB Halle
002 677 830

3



56

Nv 1999

(1/69.)

VD 17





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Grey	Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Grey	Black

an 27

212

Tullius observavit, sed etia
DEUM immortalem! quan
ic lenis atque jucundus ob
tor amborum? Quis virtut
erum unus ille, qui ad imi
otas vires Eloquentia exper
suis prudentissimè; disposit
in delectando & concilian
t. Quòd si hoc paullo att
is divinam illam & admir
uo studio & studio si quis eri
igitur hæc ita sese habeant,
iendam esse: eoq; non imme

LICENT

